

stituit. cuius fama per universa climata divulgata, omnes mirabantur tam recta consilia. eodem anno copulata est^(a) matrimonio Proserpina Perythoy et, cunctis invitatis diis ac deabus, Discordiam, potentissimam deam^(b), nupciis interesse non voluit. set, quod plus
 5 timetur, levius frequenter incurrit^(c). potentissima illa dea valde indignata, quod nupciis non fuit invitata, ut est ingeniosa, malum aureum fabricavit et desuper scripsit gramata: « Pulcriori debetur » ac per tigna domus et laquearia scandens inter convivantes deiecit. propter quod magna lis^(d) exorta inter Iunionem et Minervam et
 10 Venerem, que diucius altercando et una alteri non conscenciando, set se pulcriorem esse dicendo, tandem convenerunt Paridis iudicio, qui recte diiudicans coronam dedit vincenti tauro. relictis ergo nupciis, properaverunt favere^(e) sententiae^(f) iudicis. ut nempe convenerunt et rem per ordinem narraverunt et malum, prout erat
 15 scriptum, dederunt et, ut pulcriori daretur iudicio, postulaverunt. quod se promittens ille factururus, iudicii induciam^(g) petens, eis silentia tribuit et altera die redire precepit. ceteris illis recedentibus, non post multam horam Venus, prout suis negociis erat studiosa, se nudam Paridi presentavit, quam ut vidit, in eius amore
 20 exarsit et illam victricem promisit, si satisfaceret eius petitioni^(h). illa terreno homini commisceri⁽ⁱ⁾ non esse licitum dixit, set Elenam, pulcherimam Menelay uxorem, spopondit, si tamen litis victoriam obtineret. Pulchritudine harum deprehensa, Venus pulchrior est iudicata. cuius consilio cognitus est a Priamo et ex nemore portatus est in regale palatium. qui, ut iniuria^(k) ulcisceretur Casandre, Veneris argumento vel consilio, prout suo semper erat
 25 argumento, navem, in quo facta fuerat, a loco, Argos nomine, diversis mercibus oneravit et sub negociatoris specie Sathynas transfretavit. ut autem aplicuit et navem anchoris erexit velumque^(l) calavit, clipeo miro opere fabricatum^(m) et alia regalia munera de nave extraxit⁽ⁿ⁾ et Menelao representavit, mentiendo se causa negociacionis venisse. quapropter Menelaus tanto scelere

(a) *S om.* est (b) *DS* discordiam potentissima dea *Sa corr.* (c) *DS* incurritur *Sa corr.* incurrit (d) *Sa corr.* lite (e) *Sa corr.* faver (f) *S om.* sententiae (g) *D* iudiciam (h) *D* petitioni (i) *D* commiseri (k) *S* iniuriam (l) *S* velum (m) *D* frabricatum (n) *D* abstraxit *S* extraxit